



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

2. Executor testamenti, ignominiaē nota carere debet alioquin remouendus. num. 5.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)



ciendum illi, qui eius fidem, bonitatem, soler-  
 tiamq; probauit: creditor enim eius ille vide-  
 tur existere; iuxta iurisconsulti sententiam in  
 l. 1. ff. si cer. pet. & ad euitandum non solum  
 æris ignominiaq; periculum, verum etiam ani-  
 mæ detrimentum, Quando quidem qui non ex-  
 equitur, vt decet, vltimæ voluntatis sibi à te-  
 statore lege vel iudice normam impositam, is  
 primum reddendæ rationi obnoxius extat: vt  
 argu. l. 2. ff. de neg. gest. l. 1. in prin. ff. de tuto.  
 & cura. datis ab his s. œconomos. in authen.  
 de sanctiss. episcopis. col. 9. clem. quia contin-  
 git. de relig. do. † Verum etiam ignominia no-  
 tatus, quod dolo aut culpa rem gessit. instit. de  
 susse. tut. s. suspectus autem. & l. impuberib.  
 s. si fraus. ff. eod. tit. nonnunquam animæ de-  
 trimentum incurrit: Matth. 24. & 25. in fi.  
 & idcirco ante omnia imitetur episcopum, qui  
 à lege commissarius & executor est constitu-  
 tus. eum enim oportet prudentem esse non so-  
 lum diuinarum rerum, verum etiam secula-  
 rium, vt in c. qui eccle. & c. si quis pontifex  
 36. dist. quod docuit Apostolus ad Timoth. 1. 3.  
 c. & in Exod. 14. legimus quod pontifex ra-  
 D 3 tionale



tionale ferebat in pectore, quod Gratianus 36. dist. 8. ecce. 14. authen. cum firmavit, sunt igitur omnes hi prudentes, sicut serpentes, ut inquit dominus Matth. 10. eorumque prudentia in his precipue consideretur.

- 3 † Primò qualitatem & quantitatem rei legatæ inspiciat, quæ suæ fidei ac dispositioni commissa est. Nam si res parua, vilis, ac modica est, haud contractandum seu dubitandum est: ut l. si debitori. ff. de iudi. c. & si quaestiones. de simonia. † Item, quia in paruis rebus non proceditur ordine iudiciario, sed leuato, ut aiunt velo & omni scrupulositate sedata: ut in l. de submersis. C. de naufragijs & submersis. libro 11. & authen. nisi breuiores. C. de senten. ex breuiculo recitandis. Neque præterea dedecus ex his vel infamia sequi solet. l. si oleum. ff. de dolo. bene facit de consecra. dist. 1. c. reuera. & ff. de in integ. resti. l. scio. Quinimo si
- 5 quis scripulus oriretur vel macula videretur, is iure amoueri, & sordes affirmante commissario, dilui facere potest? ut not. per Pe. in l. si quis pro redemptione. C. de don. & l. orphanotrophos. C. de episcop. & cler. per Sali. in l. nulli.